



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

195. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De eadem re. *Ex Concilio Heliberitano.*

CXCIV. Si quis, post obitum uxoris suae, sororem ejus duxerit, & ipsa fuerit fidelis, quinquennium à communione placuit abstineri, nisi mors coegerit.

Concil. Heliber. c. 61.

De eadem re. *Ex Concilio Martini Papae.*

CXCV. Si qua mulier duos fratres, aut si quis vir duas sorores duxerit, à communione separentur usque ad mortem. In morte pro misericordia viaticum accipiant.

Martin. Bracar. c. 79.
Burchard. lib. 17. c. 2.

De filiola & commatre. *Ex epistola Rabani ad Heribaldum Episcopum Autisiodorensis.*

Cap. 20.

CXCVI. De eo quod interrogasti, si ille qui filiolum suam, & de eo qui concubuit cum commatre sua spiritali, & de illo qui filium suum baptizavit, & cujus uxor eum de fonte suscepit, si postea in tali copulatione permanere possent, omnino illicitum esse judicavimus. Nam in Concilio Mogontiacensi scriptum est cap. LV. *Nullus proprium filium aut filiam à fonte baptismatis suscipiat, nec filiolum nec commatrem ducat uxorem, nec illam cujus filium ad confirmationem ante Episcopum tenuerit. Vbi autem factum fuerit, separentur.*

Burchard. lib. 17. c. 24.

Concil. Mogunt. sub Kar. M. c. 55.
Lib. 5. Capitular. c. 100.
Burchard. lib. 17. c. 25.

Si quis viduam uxorem duxerit.

Ex eodem.

Rhab. ibid.
Concil. Mogunt. sub Rhab. c. 56.

CXCVII. Si quis viduam uxorem duxerit, & postea cum filiastra sua fornicatus fue-